¶ Sic per Fratres Minores propoſitis du bijs,& difficultatibus fuit reſponſum. Et ne tanto Patri, Doctiſſimoque viro Magiſtro à Veracruce debitum ſubtrahamus honorem, ſcias eiuſmodi reſponſionem ex quadam illius epiſtola ad primum Archiepiſcopum de Manilla nono Kalendas Martij anni Domini.1583 fuiſſe deſſumptam. Quam vt ipſe Pater teſtatur,legit coram Domino Domino Petro de Contreras tunc Archiepiſcopo Mexicano, de cuius etiam conſilio prædictam epiſtolam miſit ad Archiepiſcopum de Manilla. Quod eſt valde notandum. Et quidem indulta Apoſtolica quibus Mendicantes Infidelium conuerſioni, & Neophytorum inſtructioni in fide,& manutentioni intendunt,ſatis diligenter in iam dicta epiſtola & propoſitis reſponſionibus collecta ſunt.

¶ Deinde cum Reuerendiſſimi Epiſcopi in Synodo congregati ſuam Mendicantibus ad adminiſtranda Neophytis Sacramenta offerrent auctoritatem : ipſi né aliquod ex hoc ſuis,& Regijs priuilegijs ſubiret pręiudicium,reſponderunt.

RESPVESTA DE LAS TRES ORDEnes Men-